

— — — sententiam dampnationis dare non formidant. Statuto¹ autem die rex cum suis multitudinem illorum spectaturus et cum illis, si facultas daretur, preliaturus aggreditur. Sed considerans tante multitudini se cum paucis sine ingenti suorum strage non posse resistere cupiensque furoris insolenciam adunate multitudinis mitigare *f. 9v. atque utriusque istarum congregacionum lesionem suorum hominum connumerans amissioni, quia omnes sue dicioni subiecti erant, loco cedendum instituit et, ne maior tumultus fieret, quicquid abire quasi rem cum suis pertractaturus² constituit, de se suisque prospiciens, adversariorum sanguinem non affectans, sed pacem preeligens secundum dominicum preceptum³: 'Si vos persecuti fuerint in civitate una, fugite in aliam', ad regiam curiam, que Akersburch⁴ dicitur, in ipsa ripa fluminis, scilicet Limefiorth, sitam exercitum, quem secum habebat, misit. Ipse autem cum venerabili viro Heinricho, eiusdem diocesis episcopo, in villa ibidem proxima residebat. Sed cupiens rabiem instinctu serpentis antiqui in plebe⁵ excitatam sedare misit ad eos venerabilem antistitem Heinrichum, qui eo tempore, ut diximus, gloriosum regem secum detinebat. Qui facundissime⁶ perorans⁷ — — dissuadendo insistunt. His vero omnibus ab episcopo regi insinuat, aquilonalibus partibus derelictis ultra fluvium Limefiorth transiens civitatem Wibergensem⁸ adiit, querens auxilium, sed non ibi adiutores, immo novos repperit persecutores.

5. Vulgus⁹ autem maligne congregacionis Wendalensium omnes fines terre¹⁰ illius — — armis obsistentibus. f. 8r—7v.

6. Conspirare¹¹ tandem [legione¹²] multitudinis — *— *f. 13r. nec non et capsulas reliquiarum sanctorum Albani videlicet et Oswaldi poste ad ima vergente solo deiciunt. Erat enim monasterium ligneum, in honore sancti Albani consecratum, in quo tunc temporis sedes erat episcopalis, que postea ad monasterium beati Kanuti, cuius hodie festum celebramus, insigni de lateribus edificio constructo¹³,

1) S. oben S. 73 f. 2) 'pertracturus' Hs. 3) Matth. 10, 23.
4) Aggersborg am Limfjord. 5) 'plebem' Hs. 6) 'facundie' Hs.
7) 'perorans — insistunt' mit Veränderungen und Auslassungen aus Ailn. cap. (19) 20, p. 106 f. 8) Vgl. Ailn. cap. 23, p. 111. 9) 'Vulgus — obsistentibus' mit Veränderungen und Auslassungen aus Ailn. cap. 14. 21. 22. 24—26, S. 106—108. 111—114. 116 f. 10) 'terra' Hs. 11) 'Conspirante' Hs.; 'Conspirare — deiciunt' mit Veränderungen und Auslassungen aus Ailn. cap. 26—28, S. 117—120. 12) 'legione' fehlt Hs., 'legionis multitudine' hat Ailn. S. 117. 13) 'constructa' Hs.